

§. I.

Immo diligentiam, laborem, & eruditionem magnopere commendanda dicimus; quemadmodum errores quo ad verius iuris naturalis decreta evulgatos, referendos occasione data exilium invenit. *Grotius civitatis, & potestatis summæ originem ordinationem humanam vocat. Pufendorfius immediatam originem dicit ex pactis. Contra sentit Thomafius iurisprud. div. Lib. III. cap. vi. num. 75, ubi hæc habet. Si enim (inquit) civitates originem fuñperant: ab hominibus improbis (ut contentidit aliquo modo Pufendorfus) Deus non potest antea condere præceptis hominibus sui societatis civitatis institueretur, sed sufficit, si postea instituta probaverit. Malus, similiter Lutheranus, carnicis manu cremari. *Hafnæ Thomafii scripta curavit, quod causam imperii immediate a Deo non derivari. Vitriarius in hist. I. N. & G. qu. cxxi. cap. 111. singularem evulgavit errorem, negans societati humanæ potestatem summam Regi, five Principi communicandam. Populus nunquam concessit potestatem Regi, quam nunquam habuit; sed solus Deus; & populus liber, Regem sibi eligendo, inter manus Dei, a quo proxime accepit, eam resignat: qui postquam a populo Rex est electus, eam Regi confert. Hæc pauca debellæ sufficit. Nec enim singula ex ecutere, uti otium, aut inilitati ratio sinunt; sed nec est operæ pretium.**

CAPITULUM III.

De iure civili publico, & privato. *Iurispublicæ protestantes turper confundunt ius civile supremum cum sacro. In examen præcipue vocatur doctrina quam tradidit Samuel Pufendorfius in libello inscripto, De habitu religionis Christianæ ad vitam civilem.*

QUÆ hæc tractanda proposui, dispartata sunt. At, quia Doctores Lutherici, potissimum Pufendorfus, illa coniungunt; idcirco & nos hoc in capite eadem discutendam suscipimus. Contendunt novatores, supremæ potestati civili annexam esse potestatem in sacra: quæ duo nota minus ac eadèm a terra invicem distant. Ut confusio vitetur, caput istud in sequentes paragræphos tribuo.

Origo iuris civilis, eiusdem acceptione variæ. Discrimen ius publicum inter & privatum. Ineptæ gloriatorum Scriptorum Lutherici, & e tenebris in lucem eduxisse ius publicum.

I. Iuris civilis originis elegantiam, eruditæque scalam explanat præclarus Iohannes Vincen-tius Gravina Lib. III. Et quoniam istud anonomalitic Romanum appellatur, adhibet librum singularem de Romano Imperio. Verum non illa duntaxat quæ nostræ morum formandorum instituto conducunt, in medium adducemus.

II. Iuris civilis acceptiones variæ. Quandoque sumitur pro omni iure, five naturali, five gentium quo civis utuntur. Sed acceptio hæc impropria est. Secundo pro iure Romano habetur. Sed vera acceptio pro iure politico, quod legumatores condunt ad optimum cuiusque Reipublice regimen.

III. Ius civile hoc in significatu acceptum duplex, publicum, & privatum. Illud sic nuncupatur, quod manifestum, non privatum, sit; & sub triplici aspectu consideratur. Pri-mum a causæ effedricis vocatur publicum, quod publica auctoritate conditum est. Ad quod pertinet tutela, testamenti confessio, beneficium legis Falcidicæ, & alia iura, de quibus Iohannes late disputant. Secundo ius publicum vocatur ab effedtu, quatenus omni-bus commune est, & univerflos respicit ci-ves. Quo in sensu opponitur privilegio, quod non ad univerflos, sed ad singulos attinet. Tercio a fine ius publicum suam accessit de-nominationem, prout communem & univer-salem respicit utilitatem, tranquillitatem, & commodum. Et iuxta hunc sensum accipit Imperator ius publicum §. fin. Inst. de l. & l. & litus l. vari §. huius, ait, ius publicum esse quod ad statum rei Romanæ spectat.

IV. Communis iuris publici finitus, in hæc tertis acceptione spectati, hæc præbetur. Ius est quod directè, & principatiter ad publicas causas, & utilitatem univerfalem constitu-tum est. Moderni Iohannes tribunt illud in anti-quum & commune contentum in ultimis tri-bus libris codicis; & in speciale five hodie-rum, quod facta Romani imperii translatio-ne a Grecis ad Germanos in Caroli Magni per-sona, Leonis III. Romani Pontificis au-ctoritate, coalescit ex Constitutionibus, Re-cessibus imperii, Capitulationibus Imperato-rum. Ihtius tamen iuris Romano-Germanici primum, potissimumque fundamentum est **BULLA AUREA** Caroli IV.

V. Quibus constituitur, hoc inter ius publicum & privatum Iohannes discrimen assignant. Lex omnis propter bonum commune fertur, hæc tamen diversitate, quod ius civile priva-tum immediate, & directè, & in executione singularum utilitatem & commodum spectat; quod postea in bonum Reipublice com-mune, coalescens ex subditorum bonis, & commodis, cedit. Contra ius publicum direc-tè, & in executione principaliter utilitatem publicam intendit; quæ postea in singulos manat. Finis itaque publici iuris immediatus est bonum publicum tam in intentione, quam in executione.

VI. Iuris publici auctor est summa potestatis, in imperio Imperator, in regno Rex, in principatu Princeps, in republica Magi-stratus, penes quos summa residet maiestas: quoniam ius publicum est vera lex, vocaturque ius legale; lex autem ab eo egreditur qui curam gerit communis civitatis. Quilibet Res-publi-cæ, immo quilibet civitatis, non subdita alicui, sua habet iura tum publica, tum pri-vata: quia, his subditis iuribus, tranquillata: quia, his subditis iuribus, tranquilli-tatem valent. Hinc ius tum publicum, tum privatum Romanum, cum ipsa fere Re-publi-ca ortum habuit; quamvis non continuo ac leges private instituta prodierunt, scriptis consignata fuerint. Quilibet itaque prin-cipatus qui superiore non agnoscit, sua iura publica, & privata habet. Et iura five pu-blica, five privata unius principatus, regni, aut imperii, nisi quidquam iuris naturalis, aut divini continent, non aliignant libdo-ter alterius principatus, sed illos duntaxat qui subiecti sunt illi supream potestati a qua iura manant.

VII. *Iurispublicæ protestantes sibi plaudent, quod ius publicum exornaverint, & veluti in sepulcro iacens, ad vitam revoca-verint. Et reipia Coringius, Hornius, Masius, Herinus, Vitriarius, & innumeri alii ingentia volumina edidit, quibus ius publicum Ro-mano-Germanicum illustrarunt. Et, ad hoc quod attinet, laudanda est eorumdem dili-gentia, labor, industria, & eruditio a ceteris Germanis, qui ex illorum vigiliis, & sudoribus fructum capiunt. At cetera natio-nes, ab Imperio Teutonico libere, nihil ex illorum operibus proficere valent. Revolvit ergo ingentia volumina Hertii, Vitriarii, alio-rumque; ac itatum intellexi, me oleum, opa-rumque ludere in eorum lectione: non quod eunimodi scripta methodo, eruditione, & ratiocinio careant, sed quod ad solos imbeci-dos Germanici imperii subditos attineant.*

Quemadmodum illi otio, & litteris abuterentur, si liberos qui iura publica, & privata, Veneta, Gallica, Hispanica, Anglica, Polo-nica, legere vellent; nisi peculiarem hæberent sensum, quemadmodum Romani, qui Græcorum leges exscribere, ut inde optimas pro sue reipublice regimine leges eruerent: qua tamen eruditione imbui illi debent qui prin-cipatus regimini, vel ministerio destinati sunt, aut publicas lites principatus moderantur ac-demias, & univerfitates. Quare sicuti com-mendandi funt heretodoci Protestantes, qui exornando iuri publico Casareo sirenium ma-varunt operam; ita censura digni essent aliorum regnorum, & univerfitatum moderato-res, si propriæ nationis publica & privata iura ad communem patriæ utilitatem illustrare negligenter. Verum hæc nihil ad nos.

§. II.

Iurispublicæ protestantes Grotius, Goldastus, Pufendorfus, Coringius, ceterique eiusdem secte, ius sacrum cum civili permiscens, servumpublicum regimina perturbarunt. Nulla essata est libello Pufendorfii de habitu religionis christiænæ ad vitam civilem delibatur.

I. Protestantium studia in iure publico illullrando commendavi. At nemo rati-one prædius, & partium studio vacans potest non improbare eorumdem conatus, quibus ius publicum christianiorum Imperan-tium incredibili confusione obrebrarant, & ineptissimam paradoxam implicarunt. Hiorum agmen dicit Samuel Pufendorfus, luthericò sermone præ ceteris inflatus, qui in suo libello de habitu religionis christiænæ ad vitam civilem, suam bilem, fœcillatam, & rufica concivica, homine honesto indigna, evomit in Papatum; nullumque non movet lapidem, ut ius in sacra Principibus tribuat. Nemo mihi vitio vertat, si homines istos durior interdum excipiam ferula: quoniam illi adeo furentes in Catholicos debacchantur, ut non homines, sed immanes feras, ex silvis il-lis septentrionalibus erumpentes, ira, odio-que impunitas, agnoscas. Alias dixi, sæ-piusque repetendum existimo, factas omnes magis & minus commiserationem mereri. Verum Lutherana, & Calviniana, ceteræque protestantes turbe tam impotenti fu-beria fatuque tumet, ut minime illas pu-deat adversus quindécim sæculorum civitates christiænæ institutionis nationes cultores eri-gere, & univerfæ catholice Ecclesiæ do-

Strinum, ante natum Lutherum, ubique Christianorum receptam, continere, & deridendam propinare. Ut impune, liberique suos putidissimos in vulgus propagare errores possent, hierarchiam ecclesiasticam subvertere, iudices supremos in religionis controversiis dirigendis de medio tollere, sacerdotium cum imperio confundere, calum terræ miscere, exposita fraude, & captiosis commentis perterantur.

II. Samuel Pufendorfus in citato episcopo hierarchiam ecclesiasticam, seu potestatem in sacra, sciendam a potestate politica, *fiementum papisticum, monstrum politicum*, quod imperia lacerat in partes, quod regimina pervertit, urbanissime appellat. Catholici Doctores luthericae fabelles, adversus hanc divinarum veritatem in vestras, omni argumentorum genere millies labefacturam. Idcirco auctum agerem, si ex instituto hanc veritate controversiam vellem. Verum que Pufendorfus in citato episcopo obtrudit, confutatione peccatis digna videntur. Hircocervum potestatis sacrae, & profanae consistere Pufendorfus conatur. Religionem statum politicum conatur subicere, non politicum statum religioni studet. Et adeo necessariam iudicat hanc unicam potestatem summam, sacra & profana moderantem, ut *Lib. VII. de iur. nat. & gen. cap. iv. n. 8. fol. 962.* expedire aletur ut publice civitas eiusmodi doctrinis veluti perionet, & in *Apologia adversus Behmannum*, quem Afnium Tenebriorem appellat §. 6. pag. 7. scribit. *Dico nulla dogmata moralia... contra ius naturale, & sanam politicam purgantia, sub specie religionis obtrusa, in civitate esse toleranda: qualia sane potestentissima sub religionis larva altissimi irrephile, nemo remanentiam peritica est qui ignorat. Ex eo genere sunt ista dogmata: dicitur potestatem extrinseci alicuius sacerdotis, quibus summi imperantes civiles sint subiecti... omnibus sacerdotibus cuiusque Reipublice christiane necessario dependendum a Sacerdote aliquo extraneo: in Sacerdotibus summo imperio civili nullam esse potestatem... Fanaticorum hominum deliria, & commenta pro oraculis civitatis inspiratis &c. Cum igitur Afnius Tenebriorem meam sententiam habentis expostum, tanquam orthodoxis fundamentis repugnantem damnet, nequeum &c. Peiora, & longe viliora scribit in opusculo prefato de habitu religionis &c.*

III. Lutherus, post hominum memoriam adducissimus, primus hanc invenit errorem. Siquidem *Tom. II. pag. 76.* inquit: *Neque Papa, neque Episcopus, neque ullus hominum la-*

bet ius unius syllabe constituenda super christi-anum hominem, nisi id fiat eiusdem consensu. Quidquid alter fiat, spiritu tyrannico fit. Omnes Sacerdotes aequales esse efficit.

IV. Si percontaris a Iuripublicis Lutherici, quam Ecclesiam formam, quodnam regiminis sacri systema ex Patriarche Lutheri principis constituerint; herere sane illos videbis, & pro regnorum, Principum, atque imperantium diversitate, varias deprehendes, mutuoque pugnantis Respublicas christianas. Non una apud eos Ecclesia, sed alia Lutherica, alia Calvinica, alia Zuingliana, alia Presbyterica. Ne multa: ex doctrina Lutheri regimen Ecclesie democraticum, immo anarchicum est. Quid quod Pufendorfus scribere non puduit in eo opusculo de habitu relig. christ. &c. §. 31. pag. 193. *In Ecclesiis formandis non est opus decreto super certa regiminis forma introducenda, absurda adeo sunt questiones, an monarchica, aristocratica, an democratica forma competat Ecclesie. Haec siquidem formae cadunt in statum aliquem, seu civitatem; Ecclesia autem statum non est.* Egregius Metaphysicus, & sapientissimus Ictus. Ecclesia status non est! Nulla est recti, & definiti regiminis forma praefixa? Haec sunt scita que Iuripublicis Lutherici evulgant, & mutuo sibi communicant. Nam *Matthaeus Pfaffius* Tubingenis Doctor de orig. iur. ecclesiast. pag. 88. huc Pufendorfii ridicularia commenta recouit his verbis: *Unde & questio ista valde insipida est, ut recte omnino animadvertit Samuel a Pufendorf in auro libello de habitu religionis christiane ad vitam civilem, cum disputatur, nam Ecclesia sit monarchica, vel potius aristocratica, vel democratica: est enim analogus quasdam hic invenire detur, cum omnis directio superioritate quandam supponere videatur, modeste, & Iuribus varios admittat; status tamen est ab omnibus eiusmodi comparationibus immun abstrahere, quam civile negotio res Ecclesie, qua a civis longe indiget iure, adaptare.*

V. Versuta qua declinare callidi homines controverfiam fludent, hand contentenda. Intelligunt quippe & ipsi, Andabaturam more le in lite hac cum Catholicis pugare; nihilque solidi tenere in quo pedem figant. Quamobrem tanquam fundamentum suae bellicae turris potissimum Lutherus praecit, nullam in terris dirimendam in religionis negotio controverfiam iudicem praesidere, sed quempiam, privato imbutum spiritu, iudicem esse in fidei litibus finendis. Hanc Luthericam doctrinam, universae antiquitatis incognitam, variis delinire fecit, & ineptis ob-

lept-

leptis nugis conati sunt debachantis magistris discipuli. Inorum commenta, incredibili confusione, verborumque circuitione implacata, ea qua fieri potest claritate perlingenda sunt. Et quoniam Pufendorfus praeciter omnia aggent, ex illo eadem delibabimus.

VI. Ecclesiam non esse statum, sed societatem in statu esse Doctoribus, & auditoribus consiliam, esse docet Pufendorfus *eth. libel. titulum vfractarios, rebelles, ac se suosque etiam appellat, in quod coire omnes, quoniam admodum in civitatem societatem, naturali libertate praediti valent: collegium istud regulas, actiones in disciplina divini cultus servandas praescribit. Eadem ecclesiasticas leges vocat, quibus derogare sine naturalis libertatis laesione nec summa potestas valet, excepto litium, turbarumque eventu, in quo suprema Reipublicae auctoritas suum interponere iudicium debet.* Duplex innuit ius sacrum, maiestaticum & collegiale. Maiestaticum suprema inspectione praesidere collegio astat, cuiusque pacem promovere, impedire non Doctores principia a religione naturali aliena, superflitioneque tinda inveniunt; ne consentiens vis inferatur per *anathematismus*, aliaque censuras: dirimere controverfias, definire cultum publicum, iura matrimonialia, & beneficia, bonaque ecclesiastica distribuire. Ad iura collegialia reducit ministrorum institutionem, administrationem ecclesiasticorum reddituum, indictionem feriarum, ieiuniorum & compositiones amicitiales super litibus ecclesiasticis, & exteriorem poenitentiae disciplinam.

VII. Quamvis civis omnes ingredi collegium hoc valeant: tamen subdit ille, expedit, ut civium coetus aliquas delignet personas, Ecclesiam representantes, quae coetus nomine externam dirigant disciplinam, quin valeant articulos fidei definire, & suadere doctrinam historice exponere, & suadere Principibus non modo ius Sacerdotum universalis, sicut alii Christianis, tribuit: sed iura collegialia tacito coetus consensu in supremas potestates translata esse docet. Quapropter Principes possunt hanc iurium administrationem committere Consistorio, potissimum ex viris politice constanti: qui adungi Theologos Doctores non erit inutile. Nullum inter Sacerdotes, Doctores, & auditores discrimen, nisi ministerii diversitate. Excludere a sacra coena indignos, iuris esse vel collegii, vel maiestatis constituit.

VIII. Sed ut magis patefaciam Pufendorfii & in Ecclesiam Romanam impotentem rage. *Theol. Tom. VI.*

biem, & de potestate Principum in sacra ineptissima paradoxa, pauca ex universo illius citato libello delibabo, quibus ubi paragrafo finem imponam. In ipsa dedicatoria epistola ad Serenissimum Electorem S. R. I. Fridricum Brandenburgensem heroica factorum commemorat suorum Reformatorem, qui molestissimum Ecclesiae dominatum excusserunt: quos, inquit, *hactenus Sedis Romanae adulatores propter vestras insistant, velut aduersus ardentem institutum vfractarios, rebelles, ac se suosque etiam appellat, in quod coire omnes, quoniam admodum in civitatem societatem, naturali libertate praediti valent: collegium istud regulas, actiones in disciplina divini cultus servandas praescribit. Eadem ecclesiasticas leges vocat, quibus derogare sine naturalis libertatis laesione nec summa potestas valet, excepto litium, turbarumque eventu, in quo suprema Reipublicae auctoritas suum interponere iudicium debet.* Duplex innuit ius sacrum, maiestaticum & collegiale. Maiestaticum suprema inspectione praesidere collegio astat, cuiusque pacem promovere, impedire non Doctores principia a religione naturali aliena, superflitioneque tinda inveniunt; ne consentiens vis inferatur per *anathematismus*, aliaque censuras: dirimere controverfias, definire cultum publicum, iura matrimonialia, & beneficia, bonaque ecclesiastica distribuire. Ad iura collegialia reducit ministrorum institutionem, administrationem ecclesiasticorum reddituum, indictionem feriarum, ieiuniorum & compositiones amicitiales super litibus ecclesiasticis, & exteriorem poenitentiae disciplinam.

IX. Ut vero iuribus orobatur, chimaras suas in medium adducit, & formam regiminis Ecclesie christiane delineare studet. Primum omnium constituit, Ecclesiam christianam non esse statum aliquem suis legibus circumscriptum, & ab uno capite directum. Quoniam inquit §. 15. pag. 54. qui republicam, aut statum conat, necessum est ut quid terrarum habeat, ubi cives sedem fortunam, novatque patriam figant possint. Et ut evincat, Ecclesiam non esse republicam, aut statum aliquem, maiorem libelli partem occupat. Scripturarum testimonia, quae alio pertinent, hic congerit. *Nec desunt* (inquit §. 21. pag. 131.) *rationes ex quibus evincitur quae, non potuisse ab Apostolis conati Ecclesias esse inchoat statum habere.* Quoniam rationes illae? Subdit continuo. *Cuiuslibet status primarius finis est securitas, ac ut contentis civibus virtutibus aliorum interior antecedat. Quam ad finem insignium civitatum numero opus est, & quidem statum qui ad vim extendendus idoneus sunt.* Hoc pluribus solis explicat in quibus pag. 132. *Qui nam sub aliquo statu dicit, si vovum se in statum conferre velit, necessum est ut vel in alium locum commigret, aut praesens imperium loci, ubi agit, excutiat... Sic Romulus novum statum condidit Regum Albarum imperio renuntiabat, & qui novo statui accedere volebant, defensis suis oppidis, Romam commigrabant.* Tam prolixo & asiatico stilo hoc unicum punctum firmare studet, ut plquam duas libelli partes infumet.

X. En quo recidunt istius praecari, & fu-

N 3

per-

periculis Lutheri Doctoris conamina, ut evincat Ecclesiam Christi non esse statum ad exemplum illius status quem Romulus formavit ex rapinis, cadibus & latrocinis. Incredibilia ferunt Lutherica hæc paradoxa, nisi typis essent edita, & quidem ab illis qui in supremo subtelio synagoga Lutherane sedent. Eucunam in mentem venit, Christi Ecclesiam statum esse, aut temporariam illi similem quam Romulus excolidit? Quis tam absurda commata somniavit unquam? Frustra ad hoc præclaro Doctore queris veram Ecclesie Christiane notionem & imaginem. Ubique crepat Ecclesiam collegium esse, seu collegia per regna, provincias, civitates, & oppida dispersa. Hæc quippe scribit §. 39. pag. 180. *Postquam hæcenus prolixè fuit ostensum, Ecclesiam non esse statum, refut ut inspicimus ad quodnam demum genus corporum moralium Ecclesia sui referenda, prout quilibet illa se primitus habebat sub imperio Principum ethnicorum. Eas igitur constat habuisse indolem collegiorum, seu eusmodi societatum, quæ plures homines certi cuiusdam negotii gratia inter se conestuntur, salvo summorum Imperantium in eisdem iure. Qua de re consulti possunt illi de collegiis, & corporibus, & imprimis Iacobus Cuiacius.* Eccc ad istos Patristianos, Ulpianos, Trebonianos, Cuiacios remittit lectores suos, ut, quid sit collegium, atque inde Ecclesia, discant? Cur eisdem ad Scripturæ testimonium non mittit? Ab istis, quid sit Ecclesia perdicendum; non ab Apostolis, non a Patribus apostolicis, non a veterum Doctores? Ne multa, Ecclesia quam Pufendorfius delineat, illa ipsa est que nunc in populo iudæico spectatur. Antequam Ecclesia iudæica reprobata esset, summum habebat Sacerdotem, Synedrium Hierosolymis reliquos, universum populum iudæicum, per orbem dispersum, moderabat, rogebat, & controvertia omnes ibidem definebantur, summa unitate servata. Ecclesia Pufendorfiana, seu protestantica, summo Sacerdote destituta, fractaque unitate, solis collegiis in quibuslibet provincia, regnove dispersis coalescit, non fecus ac nunc est Ecclesia iudæica. Nullum in his collegiis, seu iudæicis, seu protestanticis, sacrum Deo offertur. Nullum caput, nullus rector, qui hæc collegia, sive iudæica, sive protestantica, moderetur. Nulla istorum collegiorum unitas, ordo nullus; doctrinæ variet, dogmata opposita. Immo plus unitatis inter synagogas iudæicas quam inter collegia protestantica elucet. Horrondiora reprobandis, cæcitate, obliationis, & divini sacrosi flagella in syna-

gogis protestanticis quam in iudæicis spectantur.

XI. Adeo splendida & perspicua est Ecclesie forma, quam Catholici Romani a Christo delineant, ab Apostolis perfectam acceperunt, ut vel ipse Pufendorfius, licet densissimam tenebrarum caliginem ulqueque circumfusam, scribere coactus fuerit §. 35. pag. 155. *Colorem aliquem habet quod iactatur, nescio, & primis unitatem fidelis confertur, controversias componit, ac hæreses compescit, neque cuiquam posse, si veritatem Ecclesie & ab uno capite, sive princeps sit, sive Senatus in plurimum constans, regatur, &c.* At, ut habebimus protestantica Ecclesie consubstantio defendat, subdit illico §. 36. & pag. eadem: *Sives primis inspicitur, in casum eiusmodi usum Monarchæ ecclesiasticæ ostentari apparet.* Quomodo controversias, que in dies adversus dogmata excitantur, definit? Concilia? Consilia? Nulla (inquit pag. 175.) *illis potestas legislativa competit, ut Ecclesie leges vel rationes pro imperio inungant.* Quid, si Concilia hæc quidquam in fidei controversiis decident? Respondet continuo ibidem: *Ad quam declinationem amplectendam Ecclesie non tenentur.* Quid itaque agendum? Singuli homines, spiritu luthero acti, definitiones Conciliorum ad sacras litteras evigere & expendere debent, nam eisdem consentiunt? Quid, si contra hæc protestantica scindantur in partes, & alii congruere clamant definitiones divinitus Scripturæ, alii perneget? Respondet §. 46. pag. 211. *Præterea, ubi diffidit aliquid & controversie circa dogmata in Ecclesia extoritur fuerit, in diversa tendentibus Doctoribus, istius componenda cura ad summum imperantem spectat.* Hæc idem repetit §. 48. pag. 210. *Denique cum per religionem christianam iura summorum imperantium hæc immutentur, hæc..... potestas competit inquirendi quidnam canonum, seu statutorum in Ecclesia receptum sit; & si que reperia fuerint vel supervacua, vel ipsorum iuribus adversantia, abolendi.* Quid, si supremi hi imperantes essent Societatis, aut Christiani, Greci, Arabi, Nestoriani, qui Christiani, Protestanti, aut Calvinici, modernè debent? Interius, respondet, quicquid professetur dogmata que sibi arident. Si tibi similia paradoxa incredibilia videntur, audi Pufendorfium qui §. 49. pag. 227. hæc reponit. *Præterea ad tranquillitatem civitatis non absolute necessarium est ut omnes circa singula religionis capita consentiant, seu, quod eodem recidit, dissensus circa capita religionis per se non turbat quietem civitatis.... Quare igitur Princeps crees bonos & quætos pa-*

riatur abundare suo sensu, qui, si errant, non ipsius, sed suo immixta periculo errant. Hac recidunt Pufendorfii, & omnium Protestantium studia. Quisque Lutheranus index supremus est in controversiis fidei. Nullum in christiana Ecclesia imperium, nullus index qui in alios lententiam dicat. Iuvenes & senes, docti & indocti, mulieres & viri, omnes & singuli Sacerdotes, iudices & arbitri sui religionis. Quod passim obtrudit, unitatem Ecclesie a fidei unitate rependendam esse, verum habet; nus quippe Deus, una fides, unum baptisma. At mirum est hominem, nec meo iudicio indoctum, potuisse tam crassis antiologis ingulum suum torquere. Si quilibet luthero spiritui inflatus ea credere debet que sibi videntur sacris litteris consona; quo fieri modo potest ut fidei unitas lervetur? At omnibus credendi sunt articuli fundamentales. Ita ne vero? Equis defuit, hos tantum esse articulos, secus alios credendos? Quis facievit hos, secus illos esse fundamentales? Ubina Scripturæ sanctæ talem perhibent distinctionem?

XII. Erit specimen quod ecclesiasticæ regionis perhibet Pufendorfius, & cum eodem Puffius, ceterique protestantes Doctores. Si consula regiminis pictura est contrarius delineata coloribus, si nulla nativa facies aspicitur, si omnia perturbata, ridicularia, & veluti chimæra, pluribus conficta monstris, apparent; non mihi, sed Pufendorfio, sed Passio, unde hæc transcripta sunt, id tribus veim. Si quidem adeo monstrata est regiminis forma, ut, quo exprimeret eam nomine possint, vel ipsi ignorent. Nam alii *anonymam*, alii *monarchicalem*, alii *aristocraticam profano sacrum*, alii *mixtam*, alii *democraticam* appellant. Sed primi in hæc denominationis exprimentia notione aliis palmam præcipiunt, *anonymam*, seu *innominatam* eam vocantes.

§. III.

Potestatis in sacra distincta notio. Turpiter errant Doctores Lutherici, qui iure & naturali, & divino convenire Principibus hæc potestatem esse vident. Nonnulla præmittuntur ad hoc Flüggenem Grotnum.

I. Hæc Grotii opus posthumum typis expressum, pluribus prodit, incipitum de imperio summorum potestatum circa sacra. Causa, quam Grotnus vertit, adeo afflicta est, & vana, ut neque tanti viri acuminis, & eruditione potestis aliquo probabilis colore fuscari, illam; non fecus ac alii Protestantes;

agat Grotnus, confuse scilicet, & perturbate. Nullam illius potestatis notionem perhibet. Initio Patrum testimonia truncata exhibet, & in coronam detorqueat sententiam. Imperatores, Reges, & principes supremos, secundum Deum, in civili regimine, & religionis defensores, atque protectores appellat. Et hinc ius in sacra illdem Grotnus tribuit. Arguatur adeo vane, & ridicularia, ut Grotnus non dignolatur. Inquit enim cap. 1. num. 3. *Effectus summi imperii sunt obligatio, & coactio. Si autem plures essent summi imperantes ut plures, possent esse imperata contraria, aut contrarietatem implicare.* Et post pauca inferat: *ut eodem tempore idem homo ab illo iussus ad forum, ab illo a civitate, ab illo iussus ad templum, si his omnibus parere tenetur.* Quam lint hæc vana, & nugæcia, nemo non videt. Ipse Grotnus dilinquit ius in sacra a lacorum exercitio, quod Pastores tribuit. Idem ergo homo, iussus a consilio, aut a collegio recedere a sacra coena, & a luprena potestate ire ad forum, eodem tempore parere tenetur. Sed quid umbras coactorem, & larvas? In medium prodicit Grotnus ex S. Thoma Aquinate, ex PP. Francisco Victoria, Caetano, Suarezio, aliisque catholicis Doctoribus prolixa testimonia, sed omnia sinistro in sensu expolita: nec opus ea expendere est: cum ex instituto Auctoris istius sententiam labefactaverit alii. Unum in commendationem Grotni, quod alias indicavi, repetere inuat, videlicet falsam innotitque capere illum verare, non aliorum protestantium Germanorum more, concivis nempe, calumnias, & impolitius adversus Papatum, sed honesta, licet infirma & falsa, disputatione. Plurima transcribere ex eodem Grotni opere vana & inepta commenta possem; sed quia eadem sunt ac aliorum Protestantium: ideo non est quod refellere sigillatim eadem debeam. Porro, antequam ultra provehor, notio potestatis in sacra, que est disputationis materies, præmittenda est.

II. P. Franciscus Victoria inter primos catholicos Doctores provinciam hæc per dignitate illustravit *relect. de potest. ecclæ.* Ipsius potestatis nomen enucleat, illudque a potentia distinguit. Hæc enim quid physicum prodit. Sic inquit *lect. 11. num. 1.* Materiam, intellectum, voluntatem, potentias vocamus. Contra potestas, ut advertit S. Thomas in *II. distict. xxiv. quest. 1. art. 1. quæst. 2. ad 3.* præter locum agendi, dignitatem, auctoritatem, & eminentiam præfert; & inter entia moralia numeratur. Potestas itaque

que in Ecclesia est vis, & facultas ad aliquid spirituale, & supernaturale præstandum, a civili potestate distincta.

III. Quid autem nomine *facrorum* vetiatur, exponendum est, ut plena potestas in *facra* habeatur intelligentia. Itaque quæ in christiana Ecclesia sacra sunt, alia attinent ad sacramenta, alia ad regimen conscientiarum internum, alia ad disciplinam externam. Ex quo sequitur, triplicem esse potestatem in Ecclesia, alteram ordinis, alteram iurisdictionis interioris, tertiam iurisdictionis exterioris. Præta sacramenta faciendâ & ministranda spectat, nempe, baptismum, & sacros ordines conferre, eucharistiam consecrare, offerre, & ministrare, christum, & oleum infirmorum benedicere. Ad potestatem iurisdictionis interioris pertinet abolere, & ligare conscientias. Potestas iurisdictionis exterioris controversias fidei dirimit, Concilia convocat, & iudicium præstat, beneficia confert, Ecclesie militibus constituit, in delinquentes animadvertit: penis spiritualibus. Quibus declaratis, sic fieri in communi valet potestas in sacra: *Ubi facultas moralis ad Dei cultum, & salutem fidelium ordinata.*

IV. Potestas ordinis lutherici communis omnibus est, etiam mulieribus, per baptismum collata. A cetero tamen, vel a Principe ministris quibusdam deputatur, que mere profana est. Nam, si quis exercet caeremonias, hæc non reputantur a Christo, vel ab Apostolis instituta, sed ab homine, & veluti *Papismi* reliquia habentur. Hæc itaque potestas omnes homines, & senex protestantes imbutæ sunt, & Principes eorum eminationis modo, iuxta eorum effectum protestantium, a Strickio in sua dissertatione de potestate, &c. toties recantatum, videlicet, *quibuslibet Princeps in suo territorio est Papa.* Plures numerat Principes, qui doctores, pastores, & principatus munere donati sunt. Rex enim protestantibus ius papale, episcopale, & synodale possidet in suo territorio: quia inquit: *Cuius est regio, illius est religio.*

V. *Pufendorfus* ab hac potestate *maiestatica* in sacra eximit religionem internam, in baptisate susceptam & a Deo reflatam, & ab omni probo imperio liberam. Quam licet, potestatem ordinis, seu manus docendi non esse cuius Christiano adscriptum; sed peculiaris vocationis fructum esse; Principes non fieri vi professionis christianæ. Episcopos, & Doctores Ecclesie: non quod hæc duo Principatus, & Episcopatus, pugnent; sed quia ob negotiorum gravitatem utrumque

munus obire idem homo commodè nequit. Principi tamen, ut supremo collegii capiti, tribuuntur constituti ministros Ecclesie, convocandi Synodos, plectendi Ecclesiasticos delinquentes.

VI. Fundamenta quibus *Pufendorfus* suam superstruit luthericam machinam, hæc sunt. Religio, sive naturalis, five in statu gratiæ, personalis est: neque exerceri per alium potest, nisi in statu gratiæ, & consensu externæ directionis est expertus: sed proprio mentis dictamine, lumine revelationis insuetudine, dirigi debet, omni exteriori coactione submotâ. Neque enim homines, in republicam coentes, quantum ad religionem hæc imperantibus submissere. Cultum externum Deo exhibendum summi imperantes determinare valent, blande tamen; cum rituum disciplina, tametsi varia, religionem non tollat.

VII. Hæc sunt ratiocinia *Noædi*, & *Pufendorfii*, quos præclaros Metaphysicos vii appellat. Quis non videat hæc esse nugæ & geras? Libera utique religio est: quia non coactæ, sed libere suscipi, aut rejici potest. Ad potestatem quod suscipere illam velit, non proprio Marte, sed iuxta articulos Ecclesie iure revelatos tenere debet: alioquin tot essent religiones, quot cerebra. In religione naturali ille Polytheismus, hic Deismus; in christiana ille Arianismus, alii Nestorianismus, alii Manicheismus, illi Lutheranismus, illi Calvinismus proferri iure possent. Et reipse apud Luthericos, & Calvinicos in eadem una familia plures sunt religiones. Qui autem semel libere religionem suscipit, Deo fide data, plecti iure debet, tamquam perdidit reus, si ab eadem deficiat, aut proprio arbitrio temerare, & corrumpere illam tentaverit. Libertas protestantibus christianam republicam, uno divino spiritu vivificatam, moderatamque, in babelicas turbas, & fanaticas sectas convertit; & ad *Indifferentissimum*, & *Atheismum* viam aperit amplissimam; quin necessaria consecutione Atheismus inducit. Hoc est monstrum illud portentum quod Lutherus genuit, quod magnam septentrionis partem devoravit. Qui sibi temperare valet qui deridendo univervo mundo propinet fanaticos istos, qui adversus quindecim seculorum Doctores omnes, adversus Ecclesiam universalem, cum Latinam, tum Grecam, novum Ecclesie regimen, *anonymum*, *anarchicum*, *phantasticum*, societatis, tranquillitatis, Deo, & hominibus perniciosum, funestum, exitium invehere audeat? Hæc omnia inveniuntur rationum momentis, & lacrymabili experientia

tia millies demonstrantur Catholicorum Theologia. Quas rationes prætere, ne instituti limites transgiam.

VIII. Clament Protestantes: Iure nature convenit supremis imperantibus potestas summa: ergo ius in sacra. Quoniam nature auctor eam tribuit potestatem que tranquillitatem, non confusionem pariat. Si duæ essent potestates, una alteram elideret, & esset *status in statu*, principatus in principatu. Nunc hæc sunt indignæ homini christiano. Duæ summæ potestates civiles eisdem ordinis mutuo pugnant, scilicet duæ diversi ordinis mutuo pugnant, & superioris, ita temperate, & ordinate, ut una alteram firmet. Ex nature iure profectus sequit quod est supra naturam. Religio revelata divina est, omnem nature ordinem prætergrediens; immo; ut iamam dicturus sum, ipso nature lumine inferatur, seu iactas esse potestates istas. Monstrum est republicam in republica, principatum in principatu constituturæ. Alteratrum ergo dicendum. Aut Christus Dominus monitum dissensionis, & confusionis invenit, dum in Romano Imperio suam constituit novam republicam, cuius supremus Magistratus fuit Collegium apostolicum sub capite Petro, supra potestate intrudito: aut monstrum & chimericum est religio lutherica. Sed pressius urgeamus hæc Doctores luthericos. Nature iure summe potestati competit ius in sacra? Ergo nature iura violavit Christus, dum, repugnantem supra potestate, suam condidit religionem. Ergo perditionis & multitudine simul rei fuerunt Apollolis, dum Evangelium, Regibus, & Imperatoribus obstitentibus, prædicantur. Quid ad hæc? Ius nature nonne Ethnicis æque ac Christianis commune? Iure naturali convenit summis imperantibus potestas in sacra? Ergo & ethnicis imperantibus. Quid? Aliud ne ethnicorum imperantium; aliud christianorum Principum nature ius? Quid respondent præclari Metaphysici ius nature insitantes, sed vere corruptores?

IX. Evidentius demonstratur, iure naturali non convenire summis imperantibus ius in sacra. Republica civilis natura sua diversa est a christiana; cum illa naturalis, hæc supernaturalis sit. Ergo utriusque republice regimen & tribunal infinite distat. Iure legit nature inferri nequit ut qui uni præstat, præstat & alteri. Fines istius duplicis potestatis omnino diversi sunt; politica, pax & tranquillitas civilis, christiane spiritualis æterna laus. Ex finium diversitate media quoque diversa existunt, & a di-

verso principio proficiuntur. Potestas summa civilis ab auctore natura primum, & post a communitate modo supra explicato; potestas in sacra a Deo auctore supernaturali manat.

X. Evidenter igitur constat Doctores luthericos toto officio aberrare, dum ex principis iuris naturalis colligere utriusque potestatis, civilis, & supernaturalis, necessariam conjunctionem irritam, & ridiculam conatur audent.

§. IV.

Turpiter errat Pufendorfus cum suis, ex divinis antiqui fœderis iure inferens supremis potestatis convenire ius in sacra.

I. *Plura* asserit *Pufendorfus* cum ceteris Doctores luthericis ex veteri testamento, quibus evincat summe potestati tribuisse Deum ius in sacra. Nam reges iudæi arcam fœderis custodiebant, transferri alio curabant. Edificaverunt, dedicaveruntque templum. Fregant serpentem æneum, & idolatæ exterminant, & solio summum Pontificem detulerunt, & plura alia præstaverunt, que indicant potestate in sacra ornatos a Deo fuisse.

II. Hæc omnia inferunt, Reges iudæicos corruptelæ religioni perniciosos, idololatram fidei oppositam abolivisse, divinum cultum promovisse. Præfata omnia præstitisse etiam Imperatores, omnelque Principes christianos, hinc protegere religionis divine successos, hinc prohibere documenta. At propterea ne potestate offerendi sacrificia, ministrandi sacramenta, ordinandi Sacerdotes, dirimendi fidei controversias intruditi fuisse?

III. Veritas hæc, cum a Iosa Dei voluntate pendeat, ex iis que Regibus iudæicis in mosaica lege concessa fuerat, erueda est. Nullibi autem in veteri testamento habetur. Deum Regibus concessisse ius in sacra. Hæc sunt iura omnia que Regibus illis Deus tribuit, distincte descripta Deuter. cap. XVII. Cum ingressus fuisset terram quam Dominus Deus tuus dabit tibi, & possideris eam, & dixeris: Constituum super me Regem, sicut habent omnes per circuitum nationes: eum constitues quem Dominus Deus elegerit de numero fratrum tuorum. Non poteris alterius gentis hominem Regem facere, qui non sit frater tuus. Cuique fuerit constitutus, non multiplicabit sibi equos, non reducet populum in Ægyptum, equitatus numero sublegetus, præfatum cum Dominus præceperit vobis ut nequa-

quam amplius per eandem viam revertentini. Non habebit uxores pluras, quæ effluant animam eius, neque argentum, & auri immensam pondus. Postquam autem sederit in solo regni sui, describit sibi Deuteronomium legis hæc in volumine, accipiens exemplar a Sacerdotibus lætice tribus, & habebit secum, legereque illud omnibus diebus vite sue, ut discat timere Dominum Deum suum, & custodire verba, & ceremonias eius, quæ in lege præcepta sunt. Nec elevetur cor eius in superbiis super fratres suos, neque declinet in partem dextram, vel sinistram, ut longo tempore regnet ipse, & filii eius super Israel. Cetero, Pulethor: potestas in sacra nonne politica civili nobilior, eminentior, splendidior? Deus sigillatim regia recenset munia; & hoc eminentissimum, & potissimum ius in sacra sibi? Hæc sunt capita legis regie. Eligendus a Deo Rex est, ex populo iudaico, & non ex gentibus. Eorumque multiplicatio, & non ex gentibus. Eorumque multiplicatio, & non ex gentibus. Equorum multiplicatio, & non ex gentibus. Equorum multiplicatio, & non ex gentibus. Equorum multiplicatio, & non ex gentibus. Equorum multiplicatio, & non ex gentibus.

IV. Quid quod ipsimet Reges antiqui fedis basilice facti sunt, nullo te in sacra iure potiri. Audiunt Doctores lutherici Regem Iosaphat sic fentem II. Paralipom. xix. *Amarias Sacerdos & Pontifex vesper in his que ad Deum pertinent, præsebit. Porro Zabadius Filius Ismael, qui est Dix in domo Tadaa, super ta opera erit, que ad Regis officium pertinent.* Cavillari hic nequeunt Protestantés Amariam Sacerdotem prædesse ex regia ordinatione. Quotiam Rex declarat se destinare Zabadium Ducem, ut ex præfatis que ad Regem attinent. *Amarias* vero ea exequatur que sunt pontificæ auctoritatis. Hoc solum testimonium ora omnium Lutherano- rum, tametsi impudentissima, occuldit, ut tamen eorum aulus adversus omnes tot secularum sapientes fortius repugnantur, & alterum textum transferre non minus luculentum iuvat, ex eodem Deuterono, cap. xvii. *Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse suspexeris inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, lepram & lepram; & iudicium intra portas tuas videris verba variare: surge & ascende ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus: veniesque ad Sacerdotes lætici generis. & ad iudicem qui fuerit illo tempore: quæresque ab eis, qui indicabunt ti-*

bi iudicij veritatem. Et facies quodcumque dixerint qui prostant loco quem elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius; & sequeris sententiam eorum: nec declinabis ad dextram, neque ad sinistram. Qui autem superbia, nolens obviare Sacerdotis imperio quæo tempore ministrat Domino tuo, & desito iudicis, morietur homo ille.

V. Sermo hic est de divinis legis controversiis. Hæc defendenda, non ad Regem, sed ad summum Sacerdotem, & ab eo dicendum Deus iubet: & peccatum mortis imminet illi qui summi Sacerdotis iudicio non acquiescit. Ultimo supplicio iugulandos omnes Doctores luthericos Deus hic iubet, quod summi Sacerdotis iudicio acquiescere noluit: qui libertatem conscientie, quæ est *Troia protestantica*, nulli iudici subiectioni iactant: qui non in summum Sacerdotem in divine legis controversiis, sed proprium cerebrum, fanatico spiritui agnatum, unice consulendum blaterant. Innumera alia testimonia transcribere ex veteri lege possem, ut illud Aggai II. *Hæc dicit Dominus exercituum: Interrogabo Sacerdotes legem: & illud Malachias III. Labia Sacerdotis custodiant scientiam, & legem requirent ex ore eius: non ex ore Regis: & illud Paralipom. II. cap. xxvii. Non est tui officii, Ozia, ut adoles in conspectu Domini, sed Sacerdotum... qui consecrati sunt ad huncmodi ministerium.* Sed illa omnia prætereo. Provocho Doctores protestanticos, ut vel unicum textum producant in quo ius in sacra adscribitur Regibus Iudæis.

VI. Opponunt illi multa Regum facta, ex quibus sua lutherica dialectica colligere ius contendunt; ac si ex factis Regum protestantium Angliæ, & Germaniæ colligere ipsi legitime possent ius in sacra religionis christianæ. Obijciunt etiam Regem Iosaphat concessisse Sacerdotes, & Levitas in Hierusalem, ut legitur II. Paralipom. cap. xix. Ergo ius habebat in sacra. Resp. Integrum transcribere textum nolo, cum illum supra recitaverim, in quo error luthericus expressè probatur. Sacerdotes in veteri lege designantur a Deo, ex sola tribu Levi consecrantur ab Aaron, tamquam summo Sacerdote, eiusque successores. Ex his Sacerdotibus aliqui designantur a Rege ad munia sacerdotalia obeunda; quemadmodum & nunc id passim fieri ab ipsis Catholicis solet. Designat Rex hos Episcopos, illos Sacerdotes, ut sacra munia obeant in suo regno. Propterea ne ius habet in sacra, & Episcopos, vel Sacerdotes instituit?

VII. Alia Regis Davidis facta obtrudunt.

Da-

David, inquit, adtulit plures corruptelas ecclesiasticas; ut ex II. Reg. cap. v. patet. Eticis enim; templo claudos, & cæcos. Et alii Reges reprehenduntur, quod non sustulerint ergo. Ergo habebant ius in sacra. Resp. Veritum Iudæis erat ante templi dedicationem sacrificare in excelsis, five in quocumque loco ubi tabernaculum non esset. Si enim tabernaculum in excelsis adtulit, licite sacrificia potuissent offerri, ut constat ex III. Reg. III. *Abiit Salomon in Gabaon, ut immolaret ibi; erat enim excelsus maximus.* Post templi adificium non alibi quam in templo licite sacrificia erant iuxta legem datam, nisi ex specialis Dei iussu, uti fecit Samuel in Ramatha, & in Galgalis. Sacrificia ergo in excelsis vetera Iudæis erant. Reges iure reprehenduntur, quod sacrilegum abutunt non sustulerint. Et nunc Principes reprehensione digni essent, si in suis statibus extra loca consecrata offerri sacrificium permitterent. Distinguentur est abusus iuris ab abusu facti. Disputatur, num sit offendendum sacrificium determinatum, sacræque veltibus. Alii admittunt, negant alii. Abusus iste est circa ius. Quis iudex illius abusus, seu controversiæ?

Rex? Obstant adversarii vel unicum in Scriptura vestigium. Summus Sacerdos est legitimus iudex; hinc respicit lex ipsa divina veritas in excelsis sacrificare. Contra definitum inculcenturque ius grastrum corruptelas, quas facti voco, ut cetera peccata contra legem. Porro, quod has facti corruptelas non sustulerint Reges, reprehenduntur. Quia quilibet paternitas in sua domo, quilibet reor in sua civitate, quilibet Princeps in suo statu tenerat pro viribus abolere corruptelas adversus religionem. An non essent reprehensibiles Principes catholici, si sacrum imaginum conculationem tolerarent; aut si in contemptores non animadvertent? Propterea ne ius in sacra illos habere inferunt? Hac ratione David Rex esset cæcos, & claudos templi, quos in eisdem contemptorem posuerant Iehoiada.

VIII. Opponunt alia Regis Salomonis facta, videlicet quod dedicaverit templum, quod dedecisset ab officio summum Sacerdotem Abiathar, illicque substituerit Sadoc, ut habetur III. Reg. I. Resp. in dedicatione templi nihil egit Salomon quod ius in sacra redelet. Nam obtulit illud templum Domino, seu divo cultui deputavit; quemadmodum viri, & mulieres Israelite obulerunt hyacinthum, coccum, byssum, purpuram, metallâ, ligna, & plura alia. Tria functionum genera peracta sunt in hac dedicatione a tribus diversis

personarum ordinibus. Populus gratias agit, & lætitiæ signa exhibuit. Salomon oravit, & gratias peregit. Sacerdotes toleranter ac, tabernaculum, & sacrificia immolant. Legatur integra dedicationis narratio, in qua nihil sane occurrit quod vel remote indicet quidquam potestatis in sacra Salomone legit. Deposuit Salomon Abiatharem. Verum habet. Ergo legitima potestatis usus id peregit? Hoc Scriptura divina non asserit. Etiam Imperatores christiani in excelsis egerunt Pontifices. Idem legitime? Limites potestatis regie divina lex nobis declarat. Facta legi contraria narratur; sed non probantur a Scriptura. Plures & docti Theologi catholici respondent, singulari Dei iussu Salomone & solo destruxisse Abiatharem: & non levitæ ex ipsa Scriptura adducunt documenta quibus id evincat.

IX. Plura alia facta, quæ obtrudi ad adversarios solent, missa facio, utpote nullius momenti. Ex quibusdam enim factis ambiguis, & in errore lenium dætoris, vel ius inferre, reclamante lege, summe est temeritatis. Paucis nec concludo. Ius divinum universum veteris testamenti partitur in tria præceptorum genera, in moralia, ceremonialia, & iudicialia. Hæc duo ultima panes Christus sustulit. In quo ergo præceptorum genere adscribitur potestatis summus ius in sacra? In primo? Præcepta moralia omnia Decalogo concluduntur, iuxta naturalis iuris. In universo autem Decalogo nulli Principibus ius in sacra tribuitur, nec istius mentio fit. Fac in aliis duobus præceptorum generibus tributum fuisse summus potestatis ius in sacra. Quid inde? Ius divinum contentum in his præceptis est, ut sit unicum templum, ut sacrificia sint cruenta, ut Sacerdotes ex sola tribu Levi assumantur, ut iudices, & Reges a Deo sint eligendi. Hæc omnia, & cetera alia hoc iure contenta abrogata a Christo Domino sunt. Ergo, tametsi in veteri testamento Principes iudicij ius in sacra habuissent; nullo modo heinc colligi potest, hoc eodem iure potiri Principes christianos in sacra. Alioquin concedere Doctores protestantici debent, circumcidenda quoque naturali & divino iure supremas potestates luthericæ esse; quæ debere sacrificia cruenta offerre, mactare victimas, & unicum habere templum.

§. V.

Crassius erat Pufendorfius cum ceteris Lutheris, dum vii uocati testamenti summus potestates iure potiri in sacra contendit.

Istius controversiæ definitio tota pendet à voluntate divina. Deum potuisse intrinsecum coniungere potestatem, nemo inficiatur. In eo difficultatis veritur cardo, præstiterit ne id Deus, an fecus. Facti autem istius veritatem non aliunde haurire possumus, nisi vel ex ipsa nova lege, quam Christus condidit, vel ex testimoniis Apollorum, aut ex Ecclesiæ praxi. Ut à primo capite initium ducam, Christus Dominus Christianorum supremum regimen Petro commisit Ioannis XXI. *Pasce oves meas* & iterum Matth. XVII. *Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam*. & porre inferi non prævalentibus adversus eum: *Et tibi dabo claves regni celorum*: & tandem Lucæ XXI. *Tu aliquando converteris confirmas fratres tuos*. In his testimoniis exploratum est Ecclesiam suam regendam, imbuendam commendasse Petro, eiusque successoribus. Quid enim clavium nomine Christus intelligat, Scriptura ipsa testatur, supremam scilicet potestatem. Nam, cum Deus à Sobana in Eliacim potestatem summam transtulit, clavium metaphora usus est, ut declarat Propheta Iaias cap. XXI. *Vade, ingredere ad eum qui habitat in tabernaculo, ad Sobanum præpositum templi, & dices ad eum: Quid tibi hoc? Expellam te de statione tua, & de ministerio tuo deponam te, & vocabo servum meum Eliacim; & radium illum tunicam tuam, & cingulo tuo confortabo eum, & potestatem tuam dabo in manu eius: & dabo iterum domus David super humerum eius: & aperiet, & non erit qui claudet, & claudet, & non erit qui aperiat.*

II. Quid quod hoc clavium symbolo communis hominum consensus utitur, cum supremam potestatem alicui tribuere vellet? Si civem suam civitatem submittere alicui Principi destinant, claves eidem offerunt. Apud supremam civitatis Rectorem claves custodiuntur. Quid plura? inquit S. Gregorius lib. IV. epist. XXXII. *Constitis Evangelium scientibus licet quod tunc dominica omnium Apollorum Principi totius Ecclesiæ cura commissa est. Ipsi quippe dicitur: Tibi dabo claves regni celorum. Ediderant nobis Doctores Lutherici, cur Christus has claves non dederit Pilato, Herodoti, Tiberio. Nam quemadmodum ex Pi-*

scatoribus creavit Apollolos, eadem facilitate Tiberium, Pilatum, Herodemque convertere poterat, iidemque claves tribuere. Cur ex suis discipulis non creavit aliquem Regem, cui supremi regiminis claves confignaret. Obmutescant necellum esse, vel nugari, rancidulose gerat respondent.

III. Apollolos ipsos audiamus. S. Lucas Act. XX. narrat verba Pauli inquitis: *Adversus spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei. A Spiritu sancto constituti sunt Apolloli, eorumque successores, prædices, & rectores Ecclesiarum. A quo autem potestantice supremæ potestates accepterunt Ecclesiarum regimen? A spiritu sancto? Non: quia hic Apollolos instituit supremos Ecclesiarum rectores, iudices, & pastores. A quo ergo? Reperit iterum S. Paulus Ephes. 4.1. *Superædificati super fundamentum apollolorum & prophetarum ipso summo angulari lapide Christo Iesu. Christiani adifici fundamenta Christi, Apolloli, & Prophete. Ubi sunt supremæ facultates potestates in hoc adificio illarum non meminit Apollolus, led Lutherus dumtaxat. Tandem idem S. Paulus ad Ephes. IV. Et ipse dedit quosdam quidem Apollolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Evangelistas, alios autem Pastores, & Doctores ad consummationem sanctorum in opus ministrandi, in adificationem corporis Christi. En genuinam christianam republicam imaginem, et eundem ministerii distinctam formam. Corpus mysticum Christi dices sunt, qui, veluti milites in huius mundi callis constituti, pugnare adversus potestates tenebrarum debent, ut victores ingredi caelestem Hierusalem possint. Quinam duces, quinam rectores, quinam istius divine militiæ Imperator supremus? Apolloli, Prophete, Evangelistæ, Pastores, Doctores sub Imperatore Petro. Nulla hic Regum, nulla civium Principum mentio. Doctores Lutherici passim crepant alicum divini verbi textum, in quo Ecclesiæ suæ regimen supremi istius rerum mundi potestatiibus, ius in sacra, seu in Ecclesiam suam moderandam tribuerit. Hactenus nec verbum quod hoc indicet, exhibere in publicum valuerunt.**

IV. Praxim ipsam Ecclesiæ consulamus. Quis post Christi Domini abitum in caelos, & ad Patrem suum regressum, christianam Ecclesiam moderatus est? Quis clavum tenuit? Quis primam celebravit Synodum Hierosolymitanam? Quis illam indixit? Apolloli,

stoli, Petro præside. Quis controversiam definivit? Nonne Apolloli? Quis transgressores fidei Deo datus punivit? Petrus: qui Ananiam, & Saphiram ob violatam oblationem Deo factam ultimo supplicio addixit. Quis leges, nempe abinentiam à sanguine, ab immolatis homiculorum, a suffocato, pro optima Ecclesiæ disciplina rogavit? Apolloli. Altum ubique de Regibus, de Principibus silentium. Nulli tum, inquit, Reges christiani erant. Egregie. Sed neque Apolloli, neque Evangelistæ, neque caput Apollolorum, anreamque a Christo eligerentur, erant. Sed quia optime ordinatam rempublicam insinuare voluit Christus, idcirco instituit Rectores, & Principes Apollolos, qui illam regerent. Quid quod vel ipse Lutherus vellet, infamam secessionem à vera Christi Ecclesiæ facta, synagogam antichristianam & satanicam instituit, Reges supremos Ecclesiæ suæ rectores declaravit? Alterum ergo. Aut Lutherus erravit; aut blasphemandum est, errasse Christum Dominum. Infamant, & quibuslibet rerumpublicarum institutionibus, vel ipse thnico, latronumque capiti Romulo possunt. Nam isti omnes formam regendorum principatum præferunt. Acephalam vero iam rempublicam Christum reliquisse, supremoque destitutam Imperatore fatentur oportet. Si Christus Regibus committere Ecclesiæ suæ regimen voluisset, cur id non præstitit; cur illdem regi sui claves non contulit? Ediderant hoc nobis. Cur Reges non informavit, qua via, rationeque promulgare Evangelium, consecrare sacramenta, ordinare Presbyteros, & cetera exercere ecclesiasticam debent?

V. Insuper Samuel Pufendorfius, & in suo libello de habitu religionis christianæ ad statum civilem, sic negavit. Videndum, inquit, instituerit ne Christus suam rempublicam, tamquam statum, a civili seclunatum, & independentem. Adfirmant Catholici; contra protestantes Theologi contendunt, Ecclesiam christianam esse collegium in statu civili libertatem naturalis consilium, & quoad iurisdictionem exteriori civili Principum regimini subiectum: interni enim conscientie sui quilibet iudex supremus est. Ut hæc vana paradoxa fœdat Pufendorfius, a rei politice principis sua erudit ratioinea. Si itaque arguatur. Christus nec imperium, nec rempublicam, nec statum alicum instituit. Heinc nec milites delegit, nec modum pugnandi, atque defendendi ab hostibus statum suum præscripsit. Populum suum non vi, & impo-

rio, sed doctrina, & amore regere docuit. Non territorium aliquod delegit, non tributa à populo solvenda impoluit. Quia omnia à statum, seu principatum institutione absona sunt, & aliena. Idcirco Christus Rex veritatis tantum dicitur est: & Apolloli, non ut Principes, sed ut veritatis præcones: ad docendas gentes, non ad fundandum principatum missi sunt sine pera, & calcis. Nec vola, inquit §. 28. fol. 107. in univeria Scriptura imperii reperitur. Ambitionem, & avaritiam Christi iidem prohibuit, ob quam corruptam Romanam Ecclesiam ait, quod pecunie studium sit omnium superfluitium, & maiorum radix. Quæ evincunt, Christum non instituisse regnum politicum, & civile, cuius proximus iuris sit terrena prosperitas: neque Apollolos ad eiusmodi regnum amplificandum delinatos fuisse. Sed Catholici docent, regnum spirituale Christum condidisse. Et huic moderando regno Apollolos, non Reges, Christus præfecit.

VI. Risarum secundo. Potestas, Apollolis tradita, fuit potestas docendi, cuiusque imperii expert. *Pasce oves*, inquit §. 20. nihil imperii prodit; led tantum præbenda pabula suggerit. Quin vult Christus vi compellere alicum in suam Ecclesiam; nec iubet panire refragantes; led monet excutendum pulverem e pedibus, alioque abundantum. Potestas clavium nihil iurisdictionis prodit, iudicet §. 23. idæ solam remissionem, aut retentionem peccatorum, non per modum iurisdictionis, velut per tribunalis excessus peccatorum; sed sola conspecta fide amittuntur Christi: Remissa sunt tibi peccata. Neque quidquam concludunt alia testimonia, pergit Doctor Luthericus, *Super hanc Petram &c. & alteram, Sic tibi sicut Ethnieus, & Publicanus.*

VII. Hæc sunt luculenta interpretamenta quibus Doctores Lutherici incredibili impudentia divinis testimoniis abutuntur. Nihil in sacra Scriptura tam exploratum peripicuumque reperitur quod illos pro ingenio eludere non pœdat. Nihil iurisdictionis præferunt eiusmodi leges? *Pasce oves &c. Super hanc petram &c. Tibi dabo claves &c.* Quo divine Scripturæ testimonio munit præclarus protestantice Theologia professor hæc sua pronuntia, quæ sibilis, non argumentationibus, relictenda sunt? Heinc colligit lector prudens, quæ sit illorum cæcitas, quæ fatuitas, dum tam comperta testimonia cavillari verborum circutione non erubescunt. Clavium potestas est mera declaratio remissionis peccatorum? At declaratio ad revelationem,

ad propheticum lumen pertinet. Clavium autem symbolum iuxta communem omnium sensum potestatem prodit.

VIII. Tertio loco sic cavillatur Pufendorfius §. 29. Regnum Christi non aliud est quam fideiorem cœtus sub capite Christo in cœlis regnante, quorum officia sunt audire Dei verbum, preces fundere, caritatis opera exercere, arbitros esse ad componendas fidei controversas, corrigere delinquentes, admonendo, hortando, suspendendo a sacris, excoletia tamen cœtus imperii jurisdictione. Urget §. 30. Ecclesia efficere statum nequit, neque ratione structuræ interioris, quia Christiani, nulla cum aliis conventiones facta, singuli solum profitentur; nec ratione subjectionis unius Ecclesie ad aliam, a Apotolo Paulo teste, qui scribit II. Corinth. xii. *Quid est enim quod minus habuistis præ ceteris Ecclesiis?* Quoniam singularum ecclesiarum Doctores eliguntur, quin unus ab altero pendat. Iudicium supremum, quod effingunt Papiste, pergit Pufendorfius, commentarium est. Nam vel est fallibile, vel infallibile. Si fallibile, inutile est. Si infallibile, & universalis: hæc prerogativa tam manifeste probanda foret, ut contra absurditatem in dubium revocari non posset: atqui neque sola, neque vesigium rei huius in sacris litteris habetur. Præterea iudicio hoc infallibili opus minime est: nam fidei controversie dirimi valent sola interpretatione Scripturarum, excludo omni imperio, & irrefragabili auctoritate. Et reipia Petrus Hierofolymis non iteudex, aut pro imperio, sed modo declarativo litem finivit.

IX. Nugas ineptissimas, quas paucis ego pertraxi, iulo calamo effudit Pufendorfius, eaque immensa verborum strigiligne involvit. Eadem rescripti, non quod confutatione egeant; sed ut propria doctrina Doctores Luthericos deridendo, contemnendoque propinarem. Nugaces homines ubique ad Dei verbum appellant: & dum luculentissima divina testimonia in medium adducunt catholici viri, eadem delatando, depravando, in hereticos sensus detorqueunt. Commenta omnia, que superba vaniloquentia Pufendorfius exponit, huc recidunt: quod Ecclesia invisibilis sit, nulla externa iurisdictione, sed sola fide interna coalita, & moderata: non alicui visibili capiti, sed soli Christo subiecta. Quas hæreses iamdudum damnavit Ecclesia. Sed easdem recovere, & novis permiscere nugis, in deliciis habuit politicus Ictus. Ecclesia Christi visibilis est, & cancellabrum supra montem positum, lucens uni-

verso orbi: visibiles fideles, & visibilem professionem fidei edunt: visibilia sunt sacramenta, & cetera religionis christianæ munia. Ergo visibili regimine eget. Edisserant Lutherici Doctores, cur Verbum divinum carnem induit humanam, cur homo factus: nisi inter alia, ut visibili, & modo hominibus congruo suam regeret Ecclesiam. Insistit ergo Ecclesie visibilibus fuit. Visibile caput Christus instituit, ut sensibili, & exteriori regimine eandem dirigeret. Hoc exterium regimen semper perduravit, & usque ad finem perdurabit. Lutherus post alios hereticos, ut liberius suos evocaret, propagaretque errores, invisibilem, chimericam, atque phantasticam commentus Ecclesiam est. Obvia sunt, & luculentissima documenta quibus catholici Theologi Protestantium babelicam, & arbitrariam synagogam explodunt; demonstrantque, veram Ecclesiam visibilem esse, unicam, & immaculatam Christi ipsam, a visibili capite directam.

X. Insistunt, Ecclesiam christianam non posse constitere statum independentem, alioquin limitaret iura summis imperantibus propria. Siquidem inquit Pufendorfius Lib. cit. §. 40. *Non potest non immitti, aut limitari potestas summorum imperantium. Nec minus alterationis quid accipere officium civium, si Ecclesia status aliquis esse deberet, proprio imperio instructus.* Idque confirmare ludeat divinis testimoniis: *Reddite que sunt Cæsaris, Cæsari. Regnum meum non est de hoc mundo.* Subiecti estote omni humane creature propter Deum, sive Regi &c. Omnis anima potestatis sublimioribus subdita sit. Reges gentium dominantur. Vos autem non sit.

VI. Putida calumnia, & meram signentum est, statum Ecclesie catholicæ limitare, aut imminuere iura summorum potestatum. Nam summis potestatis iura sola absoluta in temporale, & civile regimem competunt. Hæc non modo non immittit status Ecclesie christianæ, sed sana recta custodiri a fidelibus imperat, adductis divinis Scripturæ testimoniis, que perperam & iniuria, ne dicam dementia summa, contra nos opponuntur. Nam solvenda tributa Cæsari, obediendum potestati summis in iis que regimem civilem principatus spectant; reverentiam, obsequium, honorem exhibendum eisdem, omnes Catholici inculcant, suadentque. In iis vero que ad sacrum, & spirituale imperium attinent, supremo Ecclesie visibili capiti, & Apotolorum, quos Spiritus sanctus posuit regere Ecclesiam suam, successoribus Episcopis, & Pastoribus parendum docent.

Ne-

Neque hi duo status pugnant, nisi dicere Politici: Lutherani velint, quod religio christianæ, & status civilis simul consistere nequeant, Sopperere Lutherici Doctores audent statum spirituale divinumque statui civili; solumque protestanticos Principes ultoratores factorum iurum efficiunt. Statum vero civilem subicere sacro divinoque, loco monstrari debent. Næ isti præclarissimi Iurispunctici? Duo sunt ordines diversi generis, civilis, & sacer: ille hinc, non hic illi subiectus sit necessellum est. Quælibet potestas suprema est in suo ordine. In regimine illi obediunt omnes Christiani Principibus debent. Imperium spirituale venari omnes etiam, immo potestatum Principes astringuntur. Respondent Lutherani, Dum Christus Dominus, eiuque Apotoli præceperunt, solvenda Cæsari, & Principibus tributa, & vestigalia, obediendumque supremis potestatis; dubio procul comprehendere etiam Imperatores, & Principes qui tum regnabant, nempe Tiberium, Pilatum, Herodem, ceteroque. Si commenta protestantica consisterent, a Tiberio, ab Herode, a Pilato suscipere Apotoli debissent directionem in regenda Ecclesia, eisdemque in fidei & morum controversiis, & litibus dirimendis consulere. Hæc Doctores Lutherici, que contra vos, negantes iustiam esse hereticorum persecutionem, ut cuticula vestre consulere, intorquet S. Augustinus. Si Ecclesia (inquit Doctor sanctus) vera ipsa est que persecutionem patitur, non que facit; quantæ ab Apotolo, quam Ecclesiam significabat Sara, quando persecutionem faciebat ancilla. Liberam quippe matrem nostram celestem Hierusalem, idest veram Dei Ecclesiam, in illa muliere dicit fuisse figuratam; que affigebat ancillam... Deinde quæro: si boni & sancti nemini faciunt persecutionem, sed tantummodo patiuntur; cuius potestatis esse in Psalmo vocem, ubi legitur: Persequar inimicos meos, & comprehendam illos, & non converterat, donec desistant? Si ergo cum verum dicere, vel significare volumus, est persecutio iniuria, quam faciunt impii Ecclesie Christi, & est iusta persecutio, quam faciunt impii Ecclesie Christi. Itaque beata est que persecutionem patitur propter iustitiam; illi vero miseri qui persecutionem patiuntur propter iniustitiam. Proinde ista persequitur diligendo; illi sœvendo: ista, ut corrigat; illi, ut evertant: ista, ut revocet ab errore; illi, ut precipitent in errorem. Denique ista persequitur inimicos, & comprehendit, donec desistant in cavitate; illi in veritate proficiant; illi autem tributentes iusta pro bonis, quia

XII. Nonnulla Patrum documenta allegat Pufendorfius, que, cum obvia sint in omnibus Theologis polemics, prætereo. Huc omnia pertinent. Patres, Augullinus, Chryostomus, Ambrosius, alique Imperatorum, ac Principum protectionem, subsidium adimplorant. Fatenentur, omnes sumptos imperantes protectores esse, defensoreque christianæ religionis. Sed ut appareat quanta fit Pufendorfii, ceterorumque luthericæ sectæ impudentia, unicum Augullini textum quem obtrudit Pufendorfius ex epist. I. ad Bonifacium, quod contra suas impietates leges invictas constituti nolunt, non perisse a Regibus terre Apotolos talia, non considerant aliud fuisse tempus, & omnia suis temporibus agi. Quis enim tunc in Christum crediderat impe-

rior, quod ei pro pietate contra impietatem leges serendo serviret? Quando adhuc illud prophetium complebatur: Quare fuerunt gentes, & populi meditati vult inania? Aliterunt Reges terre, & Principes convenerunt in unum adversus Dominum, & adversus Christum eius. Nondum autem agebatur, quod paulo post in eodem Psalmo dicitur: Et nunc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram: servite Domino in timore, & exultate in cum tremore. Quomodo ergo Reges serviant Domino in timore, nisi ea que contra iustitiam Domini sunt, religiose severitate prohibendo, atque plebendo?

XIII. Quis non miratur, Pufendorfium, non adeo rebus ingenii virum, illius Epistolæ neminis, in qua Augustinus luthericæ impietatis dogmata convellit? Iustam hereticorum persecutionem, atque punitionem evincit S. Augustinus in hæc epistola. Demonstrat legum imperialium severitate iusta hereticos ad Ecclesie societatem reduci posse: Ecclesie unitatem ab unico pendere capite: & alia multa, que ab imis fufodiunt Troia protestantice fundamenta. Augullinus itaque Imperatorum auxilium implorat ad infringendam Donatitarum contra Ecclesiam catholicam immantem feritatem. Audite ergo, Doctores Lutherici, que contra vos, negantes iustiam esse hereticorum persecutionem, ut cuticula vestre consulere, intorquet S. Augustinus. Si Ecclesia (inquit Doctor sanctus) vera ipsa est que persecutionem patitur, non que facit; quantæ ab Apotolo, quam Ecclesiam significabat Sara, quando persecutionem faciebat ancilla. Liberam quippe matrem nostram celestem Hierusalem, idest veram Dei Ecclesiam, in illa muliere dicit fuisse figuratam; que affigebat ancillam... Deinde quæro: si boni & sancti nemini faciunt persecutionem, sed tantummodo patiuntur; cuius potestatis esse in Psalmo vocem, ubi legitur: Persequar inimicos meos, & comprehendam illos, & non converterat, donec desistant? Si ergo cum verum dicere, vel significare volumus, est persecutio iniuria, quam faciunt impii Ecclesie Christi, & est iusta persecutio, quam faciunt impii Ecclesie Christi. Itaque beata est que persecutionem patitur propter iustitiam; illi vero miseri qui persecutionem patiuntur propter iniustitiam. Proinde ista persequitur diligendo; illi sœvendo: ista, ut corrigat; illi, ut evertant: ista, ut revocet ab errore; illi, ut precipitent in errorem. Denique ista persequitur inimicos, & comprehendit, donec desistant in cavitate; illi in veritate proficiant; illi autem tributentes iusta pro bonis, quia

quia eis consulumus ad aeternam salutem, etiam nobis conantur asserere temporalium.

XIV. Meditamina, oculoque intendite, Doctores Lutherici, in hanc nativam sectae vestrae imaginem. Vos, quemadmodum scilicet Donatius, prius in veram Christi Ecclesiam summas armalis potestates: humanum sanguinem effuditis credibus, latrocinis, facriligiis, stupris, desolationibus magnam Germaniae partem implevit, ut dira heresium monstra quaeverum graffarentur. Post, ab ipso Donatius emendicata verusaria, in Catholicis reprehenditis pro afferenda veritate iustam punitionem, subdit ibidem Augustinus: *Quod in nobis modo reprehendunt, ut deceptant imperitos, dicentes, non debere Christianis contra inimicos Christi aliquid a Christianis Imperatoribus postulare; ipsi priores fecerunt.*

XV. Ex altero latere in hac ipsa epistola, quam obtruditis, vos adortur Augustinus. Vestram defectionem ab unitate Ecclesiae catholicae, & infamem perduellionem vobis improperat his verbis. *Quomodo vos nefario scelere ad unitate catholicae tamquam ab area dominica, separatis, quae usque ad tempus ventilationis necesse est ut habeat & frumentum in horreo recondendum, & paleam ignibus consumendam?*

XVI. Porro, ut propinquius accedam ad retegendam Pufendorfii fraudem, & malam fidem in oppositione recitati Augustiniani testimonii, mea interest transcribere quae proxime praefatum textum antecedit. Sic ergo prolequitur contra Donato-Lutheranos Augustinus in illa ipsa epistola quam pro laudat Politicus Pufendorfus. *Tum vero illi hi exarserunt, & tantis sunt odiorum stimulis incitati, ut contra eorum insidias, atque violentias, & aperitissima latrocinia vix illa nostrae communionis Ecclesiae possent esse secure, vix illa via tuta quae iteragerent quicumque adversus eorum rabiem pacem catholicam predicarent, eorumque demerentia perspicua veritate convincerent. Ulque adeo propositi non solum laevis, vel quibuslibet Clericis, sed ipsis quoque Episcopis catholicis quemadmodum proponebatur dura conditio. Aut enim tacenda erat veritas, aut eorum immanitas perseveranda. Sed, si veritas taceretur, non solum nemo fuerat ausu silentio liberandus, sed multi etiam illorum seditione periculi. Si autem veritatis predicationis fuerit eorum, nulli sine firmaretur: aliquibus liberatis, nulli sine firmaretur, rursus a sequenda veritate summo impediret infirmos. Cum igitur his angustis affligeretur Ecclesia, quisquis existimat, omnia potius*

sustinenda quam Dei auxilium, ut per Christianos Imperatores ferretur, fuisse postendum, parum attendit non bonam de hac negligentiam reddi posse rationem. Quod enim dicunt, quod contra suas impetates leges iustas constitutos nolunt, non petisse a Regibus terras Apostolos &c.

XVII. En fidem, candorem, & sinceritatem Luthericam. Augustinus docet imperatorum auxilium implorandum adversus infidias, fraudes, levitiam, & persecutionem haereticorum, qui Christi Ecclesiam vexant, expugnant, qui sacrilega latrocinia perpetrant, bona ecclesiastica diripiendo, monasteria solo equando, virgines Deo desponsatas, consuprando, & scelerata flagitia ubique patrandi; quemadmodum pra omnibus sectariis fuerent peregere haeretici protestantes. Pufendorfus vero, omni extra fronte, nulloque suffulso pudore, praefato sancti Augustini textum in vastitate summa aburit, ex eodem colligit, & Doctorem summi potestabilibus tribuit ius in sacra. Tribut illis ius, immo debuit ad propagandam catholicam Ecclesiam, ad reprimendos, plethendosque Luthericos & Calvinicos, qui vineam Domini, velut immanes ferre, devastant, & Christi Evangelium pervertunt, corrumpunt, depravant. Quo liquidem candore adulterant Augustinus, aliorumque Patrum doctrinam, eodem pervertunt Scripturarum oracula. Aliorum Patrum testimonia expendere omitto, quod sint eadem mala fide producta, & quod ea iam milles Theologi catholici pleno in lumine exposuerunt.

§. VI.

Errores Pufendorfii tribuentis summi potestabilibus in sacra, ex ipso iure civili, canonico, & Catholicorum consensu refelluntur.

I. Quoniam Pufendorfus undique corrumpit apocrypha, & adulterata documenta, quibus flos capituli errori furtae factionis primipulum in hac controversia exagitate, eique commenta vanissima penitus contere. Itaque non modo iuris naturae decreta, Scripturarum tum veteris, tum novi testamenti oracula, sed ipse tum civiles, tum canonicae leges hanc illius haereticam profertur. Pauci promam ex iis quae larga manu Theologi catholici iam in medium adduxerunt.

II. Imperator Iustinianus in Authentica constituit. cxxxi. hac statuit. *Si Ecclesiasticum negotium sit, nullam communionem ha-*

ben.

beno civiles magistratus cum ea disceptatione, sed Religiosissimi Episcopi secundum sacros canones finem imponunt.

III. Canones nunc ex multis aliquos adducimus. Gratianus dist. x. cap. vii. hunc refert directum ad Imperatores Constantinopolitanae. *Liberenter accipitis, quod lex Christi sacerdotali vos subiecit potestati, atque isti trimalchali subdit. Dedit enim & nobis potestatem: dedit & principatum multo perfectiorem Principibus vestris.* Si Pufendorfus vellet exprimere & Catholicorum doctrinam, & protestanticam haereticam, damnatam in hoc canone; quibus aliis uteretur verbis? Quidquam ne desiderari luculentius valet?

IV. Gelasius Papa ad Anastasium Imperatorem dist. xcvi. can. x. Duo sunt, Imperator Augustus, quibus principatus hic mundus regitur: auctoritas sacra Pontificum; & regalis potestas: in quibus tanto gravius est pondus Sacramentum, quanto etiam pro ipsis Regibus in divini sum reddituri examine rationem.

V. Sanctus Gregorius ad Episcopum Imperatorem dist. lxx. can. ix. *Quis dubitet Sacerdotem Christi Regum, & Principum omnium fidelium patres, & magistrum censeri? Nonne miserabilibus insana esse cognoscitur, si filius patrem, discipulus magistrum sibi conetur subigere, & iniquis obligationibus illum suae potestati subicere, a quo credit, non solum in terra, sed etiam in caelis se ligari posse, & solvi?*

VI. Innocentius III. Pontifex, Protestantibus magnopere inritis, antiquorum omnium doctrinam proponit in decretis de maior. & obed. can. vi. his verbis. *Non negamus quia praecellit Imperator in temporalibus illis duntaxat qui ab illo accipiunt temporalia. Sed Pontifex in spiritualibus excellit, quae tanto sunt temporalibus digniora, quanto anima praefertur corpori.... Nolle debueras, quod fecit Deus duo luminaria magna in firmamento caeli: luminare maius, ut praeseret diei, & luminare minus, ut praeseret nocti. Utrumque magnum, sed alterum maius. Ad firmamentum igitur caeli, hoc est universalis Ecclesiae, fecit Deus duo magna luminaria, id est duas instituit dignitates, quae sunt pontificales auctoritates, id est spiritualis, maior est; quae vero carnalis, id est principalis, minor est; ut quanta inter solem & lunam, tanta inter Pontifices & Reges differentia cognoscatur.*

VII. Haec est omnium antiquorum canonum vox. Non me lateat, Doctores protestanticos parvi facere sacros canones; quod eorum Coryphaeus Lutherus flammis illos Vittemberga addidit. Sed parum refert quod Conc. Theol. Tom. VI.

cerei homines meridianae luci claudere oculos velint. Nobis fat est, veritatem laetantem proponere illis qui electi a Deo sunt; quae confirmare iuvat sanctorum hominum testimonio.

VIII. S. Ignatius vir apostolicus, quippe ex Evangelice Ioannis ore christiane religionis documenta susceperit, in epistola ad Philadelphos haec scribit: *Principes subditi esto Caesari, milites Principibus, Diaconi Presbyteris, Presbyteri & Diaconi, atque omnis Clerus, simul cum omni populo, & militibus, atque Principibus, sed & Caesares obdiant Episcopo; Episcopus vero Christus, Iesus Patri Christus; & unitas per omnia saecula.*

IX. S. Athanasius in Epistola ad solitariam vitam agentes, refert verba Hostii Cordubensis, qui unus ex Nicenis Patribus fuit, qui quae sic allocutus Imperatorem Constantium est: *Desine, queso, Imperator: ne te misereas Ecclesiasticis; neque nobis in hoc genere praesertim: sed potius ea a nobis disce. Tibi Deus imperium commisit: nobis, quae sunt Ecclesiae, concedit. Et quemadmodum qui tuum imperium malignis oculis carpit, contradicte ordinationi divinae; ita & tu cave ne, qui sunt Ecclesiae, ad te trabens, magno crimini obnoxius fias. Et, post relata haec Hostii verba, ipse Athanasius subicit. Quando a condito vero auditum est, quod iudicium Ecclesiae auctoritatem suam ab Imperatore accepit? Aut quando unquam hoc pro iudicio agnium est?*

X. Sanctus Ambrosius Epist. xxxvii. sic Valentinianum Imperatorem affatus est. *Noli te gravare, Imperator, ut putes te in ea quae divina sunt, imperialis aliquod ius habere. Noli te extollere, si vis diutius imperare. Esto Deo subditus. Scriptum est enim: Quae Dei, Deo, quae Caesaris, Caesari. Ad Imperatorem palatia perituros, ad Sacerdotem Ecclesiae, Publicorum tibi maxime ius commissum est, non sacrorum.*

XI. Quid quod vel ipsi Imperatores hanc fasti sunt veritatem, & hierarchiam ecclesiasticam summo venerati fuit obsequio Rufinus Lib. I. cap. xi. post Sozomenum Lib. vi. Hist. cap. vii. refert Valentinianum Imperatorem leniorem se loquentem de controversis dicit dirimendis. *Mihi, qui unus ex numero sacerdotum sum, non licet eiusmodi negotiis me interponere. Sacerdotes, & Episcopi, quibus haec cura sunt, ubicumque ipsis liberatus fuerit, consentiant ad habendum Concilium.*

XII. Basilius Imperator in oratione habita in Concilio generali VIII. in quo Photii Patriarchae causa discussa fuit, haec fatus est.

O

est. De vobis autem laici, tam qui in dignitatibus, quam qui absolute vestramini, quid quid amplius dicam non habeo, quam quod nullo modo vobis licet de ecclesiasticis causis formam movere, neque penitus resistere integritati Ecclesie, & universali Synodo adversari. Hæc enim investigare, & querere Patriarcharum, Pontificum, & Sacerdotum est, qui regimini officium foris sunt, qui sanctificandi, legendi, & solvendi potestatem habent, qui ecclesiasticos adepi sunt claves; non nostrum, qui passim debemus, qui sanctificari, qui ligari, vel a ligamentis absolvi cogimus.

XIII. Hæc sunt testimonia que primum tulerunt sanctissimi, Apostolici proximi, quando nondum, fatentibus Lutheris, corrupta Ecclesia erat. Nullam ergo patitur exceptionem. Posterioris etatis Patres doctrinam a maioribus acceptam propagarunt. Imperatores Constantinus Magnus, Valentianus, Iustinianus, Basilius, Carolus Magnus, Ludovicus, ceterique posteriores eamdem potestatem in sacra tolli Sacerdotio attribuerunt. Et Lutherici Doctores in tanta luce adversus tam luculentam, & tam multa testimonia cæcaverunt? Quid itaque garrit Pufendorfus in suo cit. libello §. 35. *Neque hic sufficit diturnam usurpationem crepare: nam ipsa etiam diturnam insuriam notare potest: neque firmam aliquam iuris fundamentum suppediat, cum fieri possit ut modica ab initio auctoritas successu temporis intolerabilem in dominationem degeneraret.* Tanta est vis vel veritatis, ut vel ipsa effrenatio mentientis libido recte aggredi illam nequeat. Fieri potest, inquit cavillator Luthericus, ut modica ab initio temporis diturnitate creverit. Fuit ergo ab initio aliqua. Cur ergo totam negas? Sed integram, que nunc est potestas in sacra, penes Ecclesiam fuisse ab initio testantur Scripturæ sanctæ, Patrum testimonia, canones sacri, iura ipsa civilia. Ad Lutherici Doctores, Rabbini & Pharisei cæciores oblationisque cum fiat, non lecus ac Hebræi abique Sacrificio, & Sacerdotio, abique templo & altari, delirantes, & furentes maledictis & purissimis mendaciis debacchantur adversus Catholicam Romanam Ecclesiam. Omnia documenta vel exploratissima cavillantur, vituperationes, ineptiæ, verborum rixæ abique intendant, ut tenebras veritatis splendidioribus offundant. Numquam mihi in mentem venit, tam absurda paradoxa, tam vana commenta, tam ineptas negas edi in luce potuisse a viris Luthericis, qui in diversis a religione controversiis nec indocti, nec inerediti sunt

(licet ipsi ergo doctiores, & eruditiores de se pueriliter iactent) nisi hæc omnia in eorumdem libris legimus. Sed hæc sunt reprobatæ gentis indicia & argumenta. Hi a via veritatis aberrantium characteres, ut videntes non videant, ut acuti ad vana, cæci ad vera sint.

§. VII.

Iurispublicæ Pufendorfi insana Politicæ. Illius quibus illudit Principibus, fraudes. Idonita ad Imperitos, ut istius Authoris, aliorumque similium doctrinam seducendum debeat.

I. Veritas Pufendorfi, cum vidisset Lutherice religionis causam, ad tribunalem theologium delatam, penitus corruentem, & uiquequaque pessumdaram, ad machiavellicæ politicæ principia illam revocavit. In universis suis operibus Pufendorfus ad naufragium usque crepat. Et postquam, tum in opere de I. N. & G. tum de offic. hom. & civ. hæc machiavellicæ politicæ semina spargit. In ipsa præfat. ad I. N. & G. nupatur, arcanam rationem Papistarum, & fundamenta sacræ istorum republicæ esse, hominum conscientias, non ratione, sed auctoritate Sacerdotum regi. Eo illius consilia & molimina pertinent, ut laqueus vastre fœcatis quibus vel ipsa de I. N. & G. opera identidem dispersit sperandas, & imperitos qui eorumdem lectione delectantur, implice, captivæ, religionis illicio recta, principia sine potestate convellere, natura sua turbas excitare, & extrinsecos morbos in civitate prædicare. Prolixa perorationem finem imponit iuxta libello de habitu religionis christiane ad vitam civilem, in qua grandia verba effundit: nullum præiudicium suam imperantibus magis noxium, quam si eorumdem lubditi pendant ab extraneo Sacerdote. Quid aliud est continue re unius status habitantes ab extranea potestate pendentes, quam hostilia præsidia in proprias expellere arces, & inimicorum cultum in proprium inducere statum? Quid, si ex Principum civitatem divitiis alende Lutheranæque fuerint sacre illic potestates? Expectandi itaque sint oportet Principes protestantes, ne unquam Pontificiorum erronea dogmata de duplici potestate, civili, & sacra, in suas ingrediantur ditiones. Operandum fore, inquit, ut Principes solum communitatem, & naturalem rationem in consilium adhibeant, & paullisper animam a præiudicio liberare

vere vellent. Nam saltem qua inter controversas pontificas agitur, ubi quis non ultra animam affirmare velit, talia indicia ultra se offerant, in utramque partem favor Principum inclinare debeat, & utrumvis procedendi modus reddat suspectum. Nihil ad verificandum, adaudiendumque Principibus validus. Hæc sunt statistica & machiavellicæ politicæ arcana. Tanta nupatur præsentia, ut mirum non sit, si scilicet non pauci his decipiatur factis. Comparat utramque Ecclesiam, Luthericam, & Catholicam; & ex utraque dogmatibus præferendam Luthericam infert. Lutherica in fronte præfert sinceritatis notam: Scripturam sacram omnibus legendam porrigit, veluti fidei obrussam; & quibuslibet etiam semellis, & rusticis interpretandam sinit. Sed hæc obrussa tam diversa apud Luthericos est, quam sunt hominum cerebræ, & cogitationes. Lutherica Pontificiorum libros legendos permittit. Alterum ergo. Aut calumniam trahit, dum bilaterat Catholicorum libros idololatricæ, superstitiosæ, & perniciosissimæ erroribus scaturæ: aut iniqua est, dum libros veneficos, & seditione plenissimos indiscriminatim legendos tacet. Pontificia Ecclesia vel ipsam Scripturam sacram suis subducit, nedum Protestantium libros; Scripturam sacram omnibus, linguam latinam valentibus, concedit, & libros Protestantium, mendaciorum, calumniarum, & fraudum plenissimos, doctioribus tantum prudentissimè facultatem legendi impertit. Denique concludit pontificiæ Ecclesiæ scriptores, non veritatis amore, sed emolumentorum, divitiarumque fiducia, partiumque latius adreptos, causam propriam agere. Quamvis Cleri pontifici splendor? Qui factus, quæ divitiarum opulentia, quæ potestas? Cleri Lutherici exigue opes, splendor nullus; tota austeritas summarum vestimentum imperio subiecta. Quomodo vestimentum? Quomodo commodis pugnans? An protestantibus, qui etsi victores private fortunæ limites nunquam transiunt? (Translittamem Pufendorfi, & ab ima ad magnam afflucere fortunam.) Pontificia Ecclesia concitat populos, & Principes omnes adversus eos, bellam magnam (sic vocat sanctissimi Petri Apostolorum Principis cathedram) de modo tollere cupiunt. Eo magis, inquit, necessarium est ut fideles magno studio animam adversus bestia illius illecebraz iuxta se teneant, animos obfirmant, ut cum patientia expectent, quousque Deus eidem, quem per Prophetas suos finem prædixit, repræsentet. Quid autem consilii capiendum sit Principibus, & populis liberis, qui sectam Romanam ex-

erunt, postquam tam atrocia edictorum, & inhumanitatis exempla ab eadem subditi edidissent, ipsi, etiam ma non videntes, si mens non læva est, intelligunt.

II. Læva profecto Politici Lutherani mens quæ tot deliria peperit: calumniam animus, qui tot mendaciorum, depravatum, & maledictorum centonem consarcinavit. Synagoga Lutherica, stupris, crapulis, comestationibus, libidibus, turbis, leditionibus parva, universæ Germaniæ cladem intulit, & veluti hydra immans in dies ferocior, & ledituli hydra interlitas, in Cæsares proditiones, seditiones intellinas, in Cæsares proditiones, in Dei templa sacrilegia frequentat perpetravit. Quis alibi horrore legere potest rusticum languinarum tumultum, initio seditionis Lutherici expinitum an 1521, tot caedibus, atrocibus, rapinæ onusum? Quis in Austria suscitavit aliam rusticam leditionem? Quis Principes, Regesque Germaniæ, & mutuo, & in Cæsares toties armavit? Quis schismaticam conjunctionem trulentantem, & tanto Germanorum sanguine madentem? Quis Bohemiam, qui Heilbronsensem, qui Lipsiensem perdam conspirationem, ut ceteras sileam, parturivit, nisi fatalis illa, & fœderata Lutherica synagoga, larva reformationis obrepta? Germanorum historie hæc, & peiora impietatis portenta narrant.

III. Religio catholica, caritate, paupertate, mansuetudine, patientia sub Imperatoribus Ethnicis, alta, nunquam seditiones, aut conjunctiones concessit legitur, ut Tertullianus, Athanasior, & ceteri prioris ætatis scripsere Patres. Et tamen tum supra in sacra potestatur potestate. Quid ergo nupatur Luthericus Pufendorfi, statum in statu perniculium esse republicæ tranquillitatis, & rei politicæ principis? Dicat, religionem hæc infensam esse protestantice synagoga. Historiam cum civilem, tum ecclesiasticam, evolvent Doctores Lutherici, intelligentque, solos hereticos, Donatistas, Arianos, Iconoclastas, ceterosque eorum Patres, & Patriarchas antecessores, turbas, & leditiones commovisse; nunquam vero catholicam id perdidit religionem, quæ Principibus, Regibus, Imperatoribus obediens, fidelitatem, obsequiumque præstantum, solvenda vestigalia, orandum pro eis docet. In qualibet bene instituta republica diversa negotiorum genera in suas classes tribuuntur. In republica catholica temporalia Principibus, spiritualia Sacerdotibus commissa a Deo sunt. Neuter in alterius messem falcem mittit. Principum studia & consilia temporalia tra-

stant potestate summa. Hi nec, sub tanta sollicitudine mole oppressi, de fidei articulis controversis dirimendis, religionisque officio defungendis idonei? Quid recte rationi, & regiminis tranquillitati accommodatus, & opportunus, quam duo supra luminaria, alterum, quod divinam, alterum, quod temporalem respiciantur illuminet? Dum temporales Principes in terrenis occupantur, Sacerdotes Domini, a terrenis curis expediti, pro omnium salute cum Deo negotia tractant. Clerici diviti nonne sunt in statu, & per latum excurrunt, & tandem in Principum ararium immigrant? Quid Reipublice interest, in hoc, aut in illo lubido divitias reperiri; dummodo intra status confinia distrahantur? Quid fastum, pompas, luxum, ceteraque corrupelas obtrudit? Heine ne falsitas, aut veritas religionis haurienda? Nulla ergo in mundo religio vera fuit; cum nulla unquam a vitis, & corruptelis immunis fuerit. Consula de Evangelium Politici nostri, intelligentes Dei Ecclesiam agro frumento, & zizaniis usque ad ventilationis diem pleno, comparatam a Christo esse. Hanc Romano-Catholicam Ecclesiam *Profibulum Babilonicum, Bestiam Apocalypicam*; istius vero Ecclesie Clerum, *solidam hominum genus, homines nulla fide dignos, Principes ad tyrannidem insipientes, scelera & malitiam omnem religionis professione cœcantes, urbanissime appellat Luthericus Puseudorfus*. Et hæc ratio scribendi ratio perpetua est huius iuris nature, æqui & boni præclarissimo inlauratori contra sibi adverfantes.

IV. Quæ hæcenus ex libris Puseudorfii, data occasione, decerpimus, insinuare, & non levi pudore ungeri illos semidoctos debent qui acutissimum Metaphysicam, Iuripublicam insinem Puseudorfium depreciant, eiusque lectione delectantur, antequam solidam iuris & naturalis, & divini, humanique principia didicerint. Ne vero suspicentur isti, me odio pericium contra Puseudorfium, suadere imperitis ut abstineant ab illius operum lectione, causam appello ad ipsos Doctores Luthericos, qui aperte testantur, Puseudorfium Atheismi insigne tinctum fuisse. Id supra ex *Brucero* indicavimus. Sed modo alium allegare vellem invar. Iacobus Fridricus Reimannus in *histro. univers. Atheismi* hæc tenet cap. X. §. xv. pag. 510. *Et in iis procedunt, etiam Samuel Puseudorfium, quem æquidem, accusatum Auctor apologia pro Vainio pag. 27. refert. Et addit Godofredus Arndtus in H. E. T. 2. 4. 17. c. 26. §. 10. pag. 379. fuisse Vitenbergæ, qui Ioach. Geraduum*

Ram, cuius tragediam descripsimus §. 10. venenum Atheismi et scriptis Puseudorfii iustitiam existimaverunt, quibus Puseudorfus ipse responderit, & imposuit fibulam. Nec testimonii extraneis opus est, cum opera ipsa typis edita perlabant Puseudorfium, hominem furore abreptum, sermone lutherico ebrium, mendacem, impudenterque impudentissimum. Ubi in universis eius operibus adhortatio ad pietatem? Ubi vera virtus? ubi moderatio, modestia, & probitas vota? In factuos oppositores impotens maleducus, in Catholicos rabidus calumniator, erga Principes vilissimus & mendax adulator. Hi sunt ipsius Atheistæ characteres. Plura sileo, cum non pauca supra dixerim.

V. Et revera, quid in causa est, cur non pauci hodierni scilicet tam imprudenter religionis capita in diem adducant? Una profecto ex causis est librorum transalpinorum incauta lectio. Illa nugandi, conviciandi, & deridendi præcepta Romanæ Ecclesie dogmata libertas: Illa contra potestatem in sacra, fucata, & adulterata Politica in legentium animis venefica relinquunt semina, que semina sine fide adolescent, & tandem emittunt monstrosos abortus, nedum dubitationes, ambiguitates, arguta adversus divina mysteria ratiocinia. Hac via ab imperio vulgo auram eruditionis captant, scituli apparere ambiunt, & postremum tam magistri nugaces, & insati, quam auditores inoditi & novitatis cupidi, sin fidem profus amittunt, ita tamen eam extenuant, obnubilant, ut Atheismi proximi sint, unoque pede Catholicismi, altero Atheismi via percurrunt. Hæc principia, hæc radices impietatis illius que hodie tam adætas quoque verum grassatur.

VI. Nemo itaque mihi viro veritat, quod insituti limites transgressus sim. Quoniam, si Lutherani Doctores, ut *Puseudorfus, Thomassius, Barbeyracus, Cumberlandus, Budæus, Heinecius, Bruckerus*, ceterique ipsa opera philosophica, & historica de iure nature continentem replent differis, calumnias contra Ecclesiam Romanam; si inter ipsas de nature iure principis controversias intrudunt *Papissimum, Romanissimum, Superfitionem papissimam*, loquique errores luandere lectoribus insudent; numquid minus expediens erit, & nos illum refellere mendaciam, fraudes detegere, calumnias retundere, luthericas hæreses flagitare, profanitates declarare, & nostre divinitæ religionis dogmata promovere, atque imperitis libidum ferre? Hac pertinent quæ hæcenus scripsimus.

CA-

CAPUT IV.

De iure civili privato. Eiusdem notio, & partitio.

I. IUS publicum §. 1. capitis superioris est positum est. Brevissima oratione iuris civilis privati explicatio exhibenda nunc est. Definuntur autem *Ius auctoritate suprema potestatis conditum ad singulorum civium utilitatem immediate, & principaliter ordinatum*. Hæc descriptio distinguit hoc ius a quolibet alio. A naturali, quoniam hoc nec a voluntate humana pendet, nec mutationi obnoxium est. Differt a iure gentium, quia istud non est unius civitatis, aut principatus, ut civile; sed communiter omnium fere gentium. Differt tandem a iure publico, quod ius immediate, & per se ad publicam utilitatem dirigitur, ex qua poles singulorum utilitas dimanant; contra ius civile privatum immediate singulorum commodum respicit, ex quo publica coalescit utilitas.

II. Hoc autem privatum ius multiplex est. Aliud vocatur *merum*, quod ex sola humana pendet voluntate; aliud *mixtum*, quod ius naturale, vel gentium includit. Rursum aliud *commune*, quod extenditur ad universum principatum, vel imperium. Aliud *particulare*, seu *municipale*, quod intra fines provincie, aut civitatis concluditur. Tribuitur tertio in *scriptum*, & non *scriptum*. *Ius scriptum* est quod expressa sanctione, Principis auctoritate promulgatur. Nec requiritur ut lex ipsa scriptura consignetur; sed fatis ut a Principe expresse intimum, promulgatumque præconis voce fit. Scripturæ enim perpetuitati deserviunt. *Ius non scriptum* est quod moribus utentium introducitur, & tacito consensu approbatur.

III. Ius civile scriptum aliud in specie tale, aliud *prætorium* vocant. Illud hoc pacto finitur. *Ius civile est, quod ex legibus, plebiscitis, senatus-consultis, decretis Principum auctoritate prudentum venit*. Ius vero prætorium est quod Prætores introduxerunt adjuvandi, vel supplendi, vel corrigendi iuris civilis gratia propter utilitatem publicam: quod & *honorarium* dicitur, ad honorem Prætorum civile nominatum. Ad ius ergo civile revocant *leges xii. tabularum*, plebiscita, senatus consulta, responsa prudentum, Principum placita, & hæc legitimam habere causam dicuntur: que vero nullius definita sunt legibus, sed Prætoris edicto lata, in ipsam naturalem æquitatem reducantur, & ad ius

Conc. Theol. Tom. VI.

prætorium attinent. Quomobrem ius prætorium est veluti explanatio civilis iuris. Clarior quippe confirmat casus comprehensos in iure civili: quos verba generalia includere videntur, perirringit, prout acutas poliat; & tandem non comprehensos includit; ideoque supplet id in quo ius civile deficit. Plura de hoc iure prætorio, que scilicet tractant, sileo, quod nimium ab instituto recedant.

IV. Iuris civilis iura hæc est. Modo interpretatur iuris naturalis & gentium ambiguo casus; modo plura adicit solo humani arbitrio, prout tali nationi, populo, vel genti expedire iudicat. Plura consuetaria ex iure nature, & gentium dimanant, que iuxta humanam mentem diversitatem in varias partes trahi possunt: & ius civile de varias partes trahi possunt: & ius civile finit, quod in sensu accipienda sunt. Plura adicit, ut præfata iura magis firmet. Universales conclusiones limitat, amplificat, conditionibus illigat, & pactis; prout magis expedire publico bono iudicat.

V. Singule respublicæ sum habere, habentque ius civile. Et quoniam inter omnes respublicas Romana celeberrima est, de iure civili Romano pauca dicam. Subinitium Romana civitas iure caruit, solaque vota voluntate regebatur: tamen aucta continuo ad populi regimen ius civium conditum est. In XXX. curias tribuit Romulus ipse populum, & sanctiones quibus dirigenda dicitur iste erant, condidit, legesque virgata dixit sunt, quas temporis successu Numa Pompilius celebratissimus Rex auget, sicuti & eundem successores, que subinde *leges regia* appellatæ sunt, & tempore Tarquini Regis in unum volumen Sextus Papyrius insignis Ictus collegit; distinctum præterea fuit ius *Papirianum*. Exactis Regibus, una cum ipsis antiquate regia leges fuerat. Quia vero consistere respublicæ tranquillitas sine lege hand poterat, tres fuere delecti viri, nempe, *Spur. Posthumus, Sex. Sulcius, A. Manlius*, misique in Greciam, ut Lacedæmoniorum, & Atheniensium potissimum, leges conferberent, Romam deferendas. Reversis, elapso biennio, cum legibus legatis anno U. R. C. CCCII. convocatis centuriatis comitis *Decemviri* ex ordine senatorio delecti fuere, qui ex Regibus, & ex Græcia delatis legibus ius condiderunt intra anni spatium, & facta omnibus inspicendi, & examinandi facultate, in XII. tabulis, sive eboris, five arsis incitum est. Tabula *Prima* formam intituendi, agitantique iudicii con tinebat. *Altera* præscribat rationem persequendum

O 3

fu-